

XI. DE MATRICULARIIS (*Marguilliers.*)

Patres II. Concilii Provincialis Quebecensis plura sapienter de administratione bonorum ecclesiarum statuerunt, et peculiariter ut "fabricarum regimini " non præponantur nisi viri selecti, probatae religio- "nis et huic officio idonei."

Hoc studium strenue diligentiquae curæ parochorum mandaverunt Episcopi, volentes "ut etiam invi- "gilent continuo ecclesiarum rectores ne pereant bo- "na temporalia ecclesiarum suarum recteque admi- "nistrentur. (*De administratione bonorum ecclesiarum.* 2 et 4.)

Multum interest igitur ut seligantur matricularii idonei, boni nominis, et quorum possessiones pares sint ad spondendum et cautionem interponendam de sol- vendis summis ab eisdem acceptis. (*Droit ecclésiasitique et civil.*)

Meminerint matricularii ex justitia propria bona sua pignorari in securitatem pecuniarum ecclesiæ, dum rationem reddiderint.